

der Mitglieder des Prediger-Ordens.

19

mone generali Parisius¹, quod quidam frater, multe puritatis et domine nostre multum devotus, in agonia positus corde et facie mirabiliter letabatur. A quo cum ipse frater Henricus quereret tante letitiae causas, cum omnes fere horrere² et timere³ consueverint⁴ mortem, respondit: „Sicut in scolis consueveram existens post matutinas⁵ beate virginis, beati⁶ Nicolai⁷ et beate Catherine memoriam facere, sic et⁸ in ordine feci. Vidi autem quadam die, quod beata Katherina⁹ ad quemdam locum pulcherrimum¹⁰ me ducebat dicens: „hic¹¹ requies mea in seculum seculi.“ Et cum admirarem¹² de pulchritudine¹³ loci, venit beatus Nicolaus¹⁴ et ad pulchriorem¹⁵ me duxit¹⁶ et ait: „Hic¹⁷ requies mea in seculum seculi.“ Cum¹⁸ autem et pre loci amenitate¹⁹ stuperem, venit beata²⁰ virgo et ad alium locum ducens²¹ dixit: „Hic²² requies tua²³ in seculum seculi.“ Et ego loci jocunditatem considerans dixi: „domina, non merui ego tam pulcherrimum²⁴ locum.“ At illa: „Immo tibi et fratribus tuis Predicatoribus ego hunc locum paravi et a²⁵ filio impetravi. „Propterea, inquit²⁶, cum gaudio mortem expecto²⁷ et ad locum illum libens festino, mihi a regina celorum tam dignanter ostensum²⁸ et sua misericordia preparatum.“

Tertia pars.

Capitulum VIII. [Yordani itinera.] De panibus pauperibus datis ac multiplicatis²⁹.

Quodam tempore de Lombardia³⁰ in Theutoniam³¹ vadens venit ad villam, que Ursatia* dicitur, sitam in Alpibus³², habens secum duos fratres et unum clericum secularem, qui post factus est frater, qui etiam in illo loco deserto eius necessaria ministravit. Declinantes igitur lassissimi³³ et famelici ad domum cujusdam tabernarii, nomine Hunthar³⁴, rogabant, ut eis velocius mensam³⁵ et necessaria prepararet. Et ille: „non, inquit³⁶, habeo³⁷ panem³⁸, quia ante vos transierunt

hic¹ plures, qui omnes, qui reperti² sunt, consumpserunt, duobus exceptis panibus, quos michi³ et mee⁴ familie reservavi, sed hii⁵ quid sunt inter tantos?“ Cui illi simpliciter dixerunt: „appone, karissime, quod habes, nam multum egemus.“ Appositis igitur illis⁷ duobus panibus magister Yordanus data benedictione cepit illos per largas elemosinas inter pauperes accurrentes dividere⁸, unde et hospes et fratres vehementer turbati dixerunt: „quid facitis domine? an nescitis, quod⁹ panes inveniri non possunt.“ Hospes¹⁰ clausit ostium¹¹, ne pauperes intrarent. Magister vero misit, qui aperiret¹² et iterum cepit dare ita, ut XXX. elemosinas daret adeo magnas, ut singulis sufficere posset. Comederunt etiam ipsi quatuor et saturati sunt, tamenque¹³ illis superfuit adhuc, ut hospes¹⁴ cum uxore et tota familia ad unam¹⁵ refectonem habuerit¹⁶ satis. Tunc hospes viso miraculo dixit: „vere hic homo sanctus est,“ et noluit a dicto clerico pretium accipere¹⁷, sed implevit lagenam suam¹⁸ vino, ut in via daret¹⁹ fratribus ad bibendum.

Capitulum IX. De fluxu sanguinis ejus oratione restricto [fol. 22^a. Pal.].

Postea magister versus Thuregum²⁰ dirigens viam²¹ suam in villa²², que dicitur Zugir²³ [invenit], quemdam fabrum, qui fluxum sanguinis multis annis per nares passus fuerat²⁴, ita quod²⁵ XXX. vicibus inter diem et noctem fluebat. Cognita fide et devotione ipsius²⁶ tactu manus et oratione sua instanti²⁷ perfecte sanavit.

Capitulum X. De sacerdote a quartana²⁸ sanato [fol. 22^a. Pal.].

Adveniens ad villam²⁹, que vocatur Urem*, invenit sacerdotem, quartana longo tempore laborantem, qui jam fere omnino corpore defecerat et in medicos totam suam³⁰ substantiam** expenderat³¹, sed frustra.

¹ fehlt, Vr. ² honore pr. m., Pal. ³ timere pr. m., Pal. ⁴ consueverunt, Pal. ⁵ in stolis existens consuevi amplius ad matutinas, Vr. ⁶ et beati, Vr. ⁷ Nicolai, Vr. ⁸ fehlt, Pal. ⁹ Katherina, Pal. ¹⁰ pulcherrimum, Pal. ¹¹ hec est, Vr. ¹² ammirarer, Vr. ¹³ pulchritudine, Pal. ¹⁴ Nicolaus, Vr. ¹⁵ pulchriorem, Pal. ¹⁶ duxit me, Vr. ¹⁷ Hec, Vr. ¹⁸ Dum, Vr. ¹⁹ et ibi de amen., Vr. ²⁰ et beata, Vr. ²¹ alium me ducens ohne locum, Vr. ²² Hec, Vr. ²³ mea, Pal. ²⁴ pulcherrimum, Pal., preclarissimum, Vr. ²⁵ a sec. m., Pal. ²⁶ inquit, Pal. ²⁷ inquit mortem c. gaud. exspecto, Vr. ²⁸ obscensum pr. m., Pal. ²⁹ datis ac fehlert, Vr. ³⁰ Lombardia, Vr. ³¹ Theotoniam, Pal. ³² Thew-toniam, Vr. ³³ fehlert, Vr. lapssi, Pal. ³⁴ nom. Hunt. fehlert bei Vr. Unthar, Acta SS. ³⁵ mensam velocius, Vr. ³⁶ inquit, Vr. und p. m., Pal. ³⁷ abeo p. m., Pal. ³⁸ panes, Vr. ebenfo Acta SS.

* Entweder S. Urjanne am Doubs, oder wahrscheinlich ein Ort im Unzerenthal des Kantons Uri.

¹ fehlt, Vr. ² omnia quae reperta, Acta SS. ³ mihi, Pal. ⁴ fehlt, Vr. und Acta SS. ⁵ hec, Vr. haec, Acta SS. ⁶ indigenus, Vr. ⁷ parvis illis, Vr. ⁸ dividere accurrentes, Vr. ⁹ quia, Vr. ¹⁰ et hospes, Vr. ¹¹ hostium, Pal. etiam clausit hospitium ne, Vr. ¹² iussit, quod apperirent, Vr. ¹³ tantumque, Vr. ¹⁴ ad huc superfuit, quod hospes, Vr. ¹⁵ nimiam pr. m., Pal. ¹⁶ habuerunt, Vr. habuit, Pal. ¹⁷ accipere prandii, Vr. ¹⁸ lagunculam ejus, Vr. ¹⁹ vino in via, ut daret, Vr. ²⁰ Turingiam, Pal. ²¹ itersuum, Vr. ²² villam, Vr. ²³ Zugir, Pal. ²⁴ est, Vr. ²⁵ ita fehlt in Vr. itaque, Pal. ²⁶ ejus, Vr. ²⁷ in statim, Pal. ²⁸ quartana, Pal. ²⁹ inde veniens in villam, Vr. ³⁰ fehlt, Vr. ³¹ consumpserat, Vr.

** Uri.
** substantia heißt Privat-Vermögen im Gegenfatz zum Einkommen einer Pfarrei (corpus). S. Bb. 3 S. 95 und 100.